UVA. BHSC. BU 01567_01

Biblioteca Universitaria

Estante.....

Tabla.....

Número.....

UVA. BHSC. BU 01567_01

P. Ant° de Escobar.

8888

UVA. BHSC. BV 01567_01

1567

Este libro Vocabulario de Antonio de Pedro conde
Vz debaillo. estudiante bracallado

Pedro conde

¶ Por mandado de su
ca.

UVA. BHSC. BU 01567_01

Esta libreria del Gal.o de la Compª. de Mrs de S. Ign.o de Vall.d

¶Ad Magnificentiſsimum ac perinde Illuſtrem. D Ioãnem Stunicam Magiſtrum militię Dalcantara ordinis Ciſtercienſis. Aeliſ Antoniſ Nebriſſenſis Præfatio in interpretationem dictionum ex ſermone latino in Hiſpanienſem.

VTRVM mihi fuerit honeſtius atq; magis e republica, in illo clariſsimo Hiſpaniæ ac perinde totius orbis terrarum Salmanticenſi gymnaſio artem Grammaticam profiteri, an ampliſtimæ dignationis tuæ cõtubernio ac iucũdiſsima familiaritate frui, multi cotidie à me quærunt, id quod ego ſoleo, mecum ſæpe cogitare. Nam fuit (quod ſine arrogantia dictũ eſſe velim) profeſsio illa mea vſque adeo illuſtris, vt etiam maleuolorum teſtimonio & inimicorum confeſsione totum hoc mihi tribuatur, quod latini ſermonis officinã primus aperui, auſus, quod ait Horatianus ille Catius, nouis præceptis ſigna ponere. Et quod ex vniuerſa propemodum Hiſpania Alexãdros, Petros Helias, & duriora adhuc nomina Galteros, Ebardos, Paſtranas, & neſcio quos indignos, qui nominentur Grãmatiſtas acliteratores, funditus erradicaui. Quodque ſi apud nationis noſtræ homines Romanæ linguæ quicquam eſt, id totum mihi acceptum referri debet. Eſt profecto hęc laboris noſtri merces ita magna: vt in hocliterarũ genere nullamaior excogitari poſsit, ſed tota illa noſtræ profeſsionis induſtria peranguſtis finibus circumſcripta erat.

Nam cum in enarrandis autoribus omnia prope tempora mea conſumerem qninis cotidie aut ſenis horis in re difficillima, nec minius faſtidioſa occupatus, fateor, non fuiſſe totum negocium illud tanti, vt in ea (quæ videbatur ad paucorum vtilitatem pertinere) tam bonas horas collocarem, cũ fortaſſe maioribus auſpiciſs atque ad opera multo maiora natus eſſem, & quæ noſtris hominibus multo conducibiliora forent.

Quid? quod habenda fuit ratio valetndinis & ingeniſ, cuius vt riuſque vires ſentiebann indies hebetari, atque illud mihi vſu euenire, quod de lucerna, eſt in prouerbio, dũ cętera illuſtrat, ipſam pati intertrimentum.

Itaque cum eſſem à te Princeps Illuſtriſsime multis præclariſque beneficiſs inuitatus, vt tuorum numero aſcribi vellem: illico arripui occaſionem: & eo quidem libentius, quod nihil iamdiu magis cupiebam, quam dari aliquando mihi otium, in quo poſſem aliquid ſcribere, quod non modo præſentibus, verum etiam poſteris prodeſſet.

Non quod non ſatis pulchre intelligerem, quam frequens debeat eſſe is, qui vitam hanc aulicam ſectatur, atque principi ſuo placere ſtudet, vt, quod fieri ſi cõmode poſsit, nullum tempus intermittatur, quo nõ illi aſtet, palpetur, blãdiatur, arrideat, condoleat, deducat, & reducat: ſed quod videbam tea magnitudine animi, vt hæc omnia paruifaceres, & ea humanitate, vt nihil eſſet (modo honeſtum) quod non mihi per te licere poſſe confiderem. Igitur cum primum tuus eſſe cœpi, magnam ilico ſpem immortalitatis mihi ante oculos propoſui, agreſſuſq; ſum opus, quod putabam eſſe maximum, omniumq; maxime neceſſarium, ſed cui non modo ego, verum etiam omnes omnium diſciplinarum profeſſores ſatisfacere vix poſsint.

Nã quotus quiſq; Prçceptor in arte ſua aut nõ negligit, aut non ignorat plæraque rerum vocabula, in quæ ſi forte incidit, aut diſsimulat, aut aliud pro alio accipit, aut ſe neſcire fatetur ingenue? Quuod ſi velint eſſe paulo diligentiores, atq; autores illos conſulere: qui de vocabulorum ſignificationibꝰ ſcripſerunt, aut nihil reperient, aut ſi quicquam reperierint, nihilo plus inde reportent, quam ſi nihil inueniant.

Omnes enim, qui ſibi vnquam hanc prouinciam aſſumpſe-

¶Al muy Magnifico y aſsi Illuſtre Señor don Iuan de Eſtuñiga Maeſtre de la Cauallería de Alcantara, de la orden de Ciſter. Comiença el Prologo del Maeſtro Antonio de Lebrixa en la interpretacion delas palabras latinas en lengua Caſtellana.

MVCHOS cada dia me pregũtan aquello meſmo que yo muchas vezes ſuelo comigo peſar, qual de dos coſas me fuera mas honeſta y mas prouechoſa a la republica, enſeñar grãmatica enel eſtudio de Salamãca, el mas luzido deEſpaña: y por cõſiguiente de la redondez de todas las tierras, o gozar dela familiaridad y dulce conuerſacion de vra muy Illuſtre y grã ſeñoria. Porq̃ (hablãdo ſin ſoberuia) fue aq̃lla mi doctrina tan notable, q̃ aun por teſtimonio de los embidioſos, y cõfeſsiõ de mis enemigos, todo aq̃ſto ſe me otorga: q̃ yo fuy el primero, q̃ abri tiẽda de la lengua latina, y oſe poner pẽdõpar a nueuos preceptos, como dize aq̃l Horaciano Cacio. Y q̃ ya quaſi de todo pũto deſarray gue detoda Eſpaña los doctrinales, los Pedros Elias, y otros nõbres aũ mas duros, los Galteros, los Ebardos, Paſtranas, y otros no ſe q̃ poſtizos y cõtrahechos grãmaticos, no merecedores de ſer nõbrados. Y q̃ ſi cerca de los hõbres de nra nacio algũa coſa ſe halla de latin, todo aq̃llo ſe a de referir ami. Es por cierto tã grãde el gualardõ deſte mi trabajo q̃ en eſte genero de letras otro mayor no ſe puede penſar, mas toda aquella mi induſtria de enſeñar eſtaua dentro de muy eſtrechos terminos apretada.

Porq̃ como gaſtaſſe quaſi todo mi tiempo en declarar los autores, occupado cada dia cinco, o ſeys horas en coſa no menos difficil que enojoſa, quiero dezir la verdad, que no era todo aquel negocio de tanto valor, que vuieſſe de emplear tan buenas horas en coſa que pareſcia tocar al prouecho de pocos, ſiendo por auentura naſcido con mayor fortuna, y para obras mayores, y que fueſſen a los nueſtros mucho mas prouechoſas.

Quãto mas que auia razon de mirar por mi ſalud e ingenio: las fuerças de los quales entrambos ſentia mas, y mas ſer enflaqueſcidas, y por experiẽcia aconteſcer me lo q̃ dela cande la eſta enel refrã, q̃ alũbrãdo a los otros ella reſcibe mẽgua.

Aſsi que muy Illuſtre ſeñor ſiẽdo yo con muchas y ſeñaladas mercedes de. V.S. cõbidado, que me quiſieſſe cõtar en el numero delos vros, luego arrebate la buena dicha, y tãto de mejor gana q̃ ya ninguna coſa mas deſſeaua, q̃ ofrecer ſe me ocio en q̃ pudieſſe eſcreuir alguna coſa que aprouechaſſe, no ſolo a los preſentes, mas aun a los que eſtan por venir.

No porque yo no ſabia bien, quam contiño ha de ſer aquel que ſigue eſta vida palanciana, y quiere agradar a ſu ſeñor, y ſi buenamente ſe puede hazer, que nunca ſe entreponga tiempo en que no eſte delante del, le liſongee, le halague, le ria de lo que el ſe riere, le peſe de lo que le peſare, lo acompañe do fuere, y de do viniere, mas porq̃ conocia la grãdeza de vro animo tamaña, q̃ tenia en poco todo eſto, y la humanidad tan grãde q̃ no auria coſa, ſi fueſſe honeſta, q̃ no me dieſſe lugar, para la hazer. Aſsi q̃ luego q̃ comence a ſer vro puſe delante los ojos vna grãde eſperãça de immortalidad, y tener vna obra, la qual pẽſaua ſer la mayor y mas neceſſaria detodas, y a la qual no ſolamente yo ſolo, mas aun todos los Maeſtros de todas las ſciencias, a penas puedan ſatisfazer.

Porq̃ cada profeſſor en ſu arte, o no cura, o no ſabe los mas delos vocablos delas coſas, cõ los quales ſi algũa vez encuẽtra por auẽtura, o los diſsimula, o toma vno por otro, o con vna generoſa verguẽça cõfieſſa q̃ no los ſabe. Y ſi quiſieren ſer vn pocomas diligẽtes, y tomar cõſejo, de aq̃llos q̃ eſcriuierõ delas ſignificaciones delos vocablos, o ningũa coſa hallarã, oſi algo hallarẽ, tãto mõta como ſi ningũa coſa hallaſſẽ

Porque todos los que en eſte cuydado ſe puſieron, eſtan

UVA. BHSC. BU 01567_01

runt: aut in dictionibus obsoletis, inusitatis, barbaris, & peregrinis magna ex parte occupati sunt, aut tam ambigue dubitanterque omnia exponunt: vt nihil certi nobis tradant: aut si rem ipsam per diffinitionẽ, qualis est: nobis discribunt, non tamen ita, vt digito monstrari possit.

Quod eo fit aut quia ipsi ijdem illa ignorant, aut quia incognita per multo incertiora nobis ostendunt. Quę omnia vitia (quantum fieri potuit) declinauimus. Nam & vocabula obsoleta & prisca, quibus propter antiquitatis maiestatem plærunque vtuntur autores, breuiter attigimus, neque quicquam sub ambiguitate reliquimus, sed aut quid esset plane diximꝰ, aut confessi sumus nos ignorare, rei genere tantum cum aliqua differẽtia annotato. Et ne vllus mihi relinquatur venię locus, dictiones latinas, aut græcas, & barbaras latinate donatas per exactissimam alphabeti seriem digestas in Hispaniensem linguam conuertimus, magno fateor æstimationis meæ periculorũ, nõ desint, qui literas ventilent, calumnientur in syllabas, & toti denique huic nostræ interpretationi detrahant.

Sed audendum fuit aliquid: atque pro vtilitate multorum subeũdum, vt sapientes atque insipientes de nobis indicarẽt. Quod si alicubi excidimus, neque satisfecimus opinioni, quã multi de nobis habent, considerare debebit amicus lector rei difficultatem, & non quid ego fecerim, sed quid alij præstare non potuerint.

Nam cum res ipsæ, quarũ vocabula sunt, aut cũ ipsa natura perennent, aut in solo vsu, hominũque arbitrio positæ sint: naturalia illa magna ex parte nominibus tantum peregrinis orbi nostro cognita sunt: & hæc voluntaria (nobis etiam sentientibus) cotidie cum nominibus immutantur. Quid, quod ex ijs rebus quarum formæ (vt philici dicunt) sempiternæ sunt, quædam penitus interierunt: quasdam incognitas repente natura protulit?

Nulla fuit arbor inter antiquos nobilior platano: sed an extet hodie apud aliquas gentes, ego non audim affirmare: certe in Hispania nusquam esse audio. Fuisse autem antiquis temporibus, vel ex eo manifestum est, quod Cæsar in memoriam nominis sui arborem propria manu Cordubæ conseuit. Qua de re est epigramma Martialis.

In tarte ſsiacis domus eſt notiſsima terris
Qua diues placidum Corduba bætin amat.
Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo,
Et limit heſperium bractea viua pecus.
Aedibus in medijs totos complexa penates.
Stat platanus denſis Cæſariana comis.

Quod vero poëta dicit, *Vellera natiuo pallent. Vbi flaua metallo.* & alio loco

Vnćto Corduba lætior venafro.
Albi quæ ſuperas oues Galeſi.
Nullo murice, nec cruore mendax.
Sed tinctis gregibus colore viuo.

Et alio præterea loco de Bæti fluuio ſic inquit.

Bætis oliuifera crinem redimite corona.
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Nemo est qui dicat se nostro sęculo vidisse oues natiuo illo auri splendore infectas. Vbi nunc est illa auri tot sæculis inexhausta atque terris omnibus prælata fertilitas, ex qua pondo auri sexaginta millia quotãnis populo Romano pendebat Asturia? Vbi nunc argentarij illi putei ab Hannibale inchoati: quorum vnus tantum trecentas argenti libras cotidie Carthaginẽsibus subministrabat? Vbi nunc in prouincia Bætica numerosa illa plumbi inuentio? Vbi in Taraconẽli ad Segobrigam lapidis specularis metalla?

por la mayor parte occupados en palabras muy antiguas, desusiadas, barbaras, y estrãgeras, o declarã las cosas assi confusa y dubdosamẽte, q̃ ninguna certidũbre dellas nos dexã, o si por diffinicion nos señalan que tal es aquella cosa, no alomenos en tal manera que cõ el dedo se nos pueda demõstrar.

Lo qual acontesce, o porq̃ ellos no supieron q̃ cosa era, o porq̃ nos enseñã las cosas no conoscidas por las menos ciertas. Delos quales todos vicios, quãto fue posible, nos apartamos, tocãdo breuemẽte las dictiones muy antiguas, de q̃ por acatamiẽto del antiguedad a vezes vsan los autores, y no dexãdo alguna cosa debaxo de dubda: antes especificadamẽte diziẽdo que cosa es, o señalando el genero con alguna diferencia, confessando que no sabemos la especie. Y porque no me quede lugar de perdon, bolui en lengua Castellana las dictiones latinas, o Griegas, y barbaras vsadas en lẽgua latina, repartidas por muy diligẽte orden del. a. b. c. quiero dezir la verdad con gran peligro de mi honra: porque no faltara quiẽ examine las letras, acuse las syllabas, y en fin reprehẽda toda esta nuestra interpretacion.

Mas fue necessario de nos atreuer, y por el prouecho de muchos someternos al juyzio de los que saben y no saben. Y si en algun lugar tropeçamos, y no satisfaze a la opinion que muchos de mi tienen, ha de considerar el lector amigo la dificultad de la cosa, y no lo que yo hize, mas lo que los otros no pudieron hazer.

Porq̃ como las cosas de q̃ son los vocablos, o son perdurables cõ la mesma naturaleza, o estã puestas en solo el vso y aluedrio de los hõbres las naturales por la mayor parte son conocidas en nr̃a tierra por nõbres peregrinos, y estas otras volũtarias sintiẽdolo nosotros se mudã cada dia cõ sus nõbres. Pues q̃ diremos de aq̃llas cosas las especies de las q̃les, como dizẽ los Phil., sõ eternas, q̃ vnas del todo se perdierõ, y otras por el cõtrario nũca vistas subitamẽte pario la naturaleza.

Ningũ arbol fue entre los antiguos mas notable q̃l platano yo no osaria afirmar que lo ay oy cerca de algunas gentes: a lomenos en España no oyo dezir que se halle. Y q̃ en aquellos tiẽpos lo ouiesse, paresce muy claro por aquello, q̃ Cesar en memoria desu nõbre lo planto en Cordoua por su propria mano. De lo qual ay vn epigrãma de Martial, q̃ dize.

Enel Andaluzia ay vna muy notable casa:
Dõde la rica Cordoua goza del dulce guadalquiuir.
Dõde los ruuios vellones conel natural oro son amarillos,
Y la biua hoja tiñe las ouejas de España.
En medio de casa esta vn plantano de Cesar.
Que abraça todo el aposentamiento della.
Y lo quel poëta dize, Dõdelos ruuios vellones cõ el natural oro son amarillos, y en otro lugar
O Cordoua mas gruessa que gruesso venafro.
Que vences las ouejas del blanco galeso,
No con trocatinte de sangre de purpura.
Mas tiñendo las con biuo color.
Y en otro lugar hablando de Guadalquiuir dize.
O Guadalquiuir coronado de oliuas.
Que tiñes los dorados vellones con aguas luzias.

Ningũo ay en nr̃o tiẽpo q̃ diga auer visto ouejas teñidas de aq̃l natural resplãdor deoro. Dõde esta agora aq̃lla fertilidad de oro nũca vazia en tãtos siglos, y ante puesta a todas las tierras: dela qual las Asturias rentauã cada vn año al pueblo Romano setẽta mil libras de oro? Dõde estã aq̃llos pozos de plata q̃ comẽçó Anibal: de los quales vno solo rentaua cada vn dia a los Cartaginẽses treziẽtas libras de plata? Dõde esta enel Andaluzia aq̃lla copiosa inuẽciõ del plomo? Dõde en Aragõ cerca de Sogorue aq̃llos mineros de piedra q̃ se trasluzia?

UVA. BHSC. BU 31567_01

Vbi torrentis illius, qui præterlabitur Tarraconem lini tenuandi, poliendi, candificandi incredibilis quædam natura, carbasis ibi primum repertis? Quæ omnia eousque euãuerunt vt ne vestigium quidem vllum nostra ætate reperiatur. At e contrario multa sunt nostro sæculo, quæ antiquitas illa aut penitus ignorauit, aut genere tantum indistincte cognito, differentias rerum non intellexit.

Mala citrea vnius tantum generis ac nominis, atque ita vix cognita apud antiquos: fuisse legimus. Nos vero eius pomi varijs generibus nomina diuersa indidimus: cidras narãjas, toronjas, limas limones appellãtes. Pari ratione cucumeres vna forma atque nomine apud illos erant, cum repente prouenere in Campania conglobati: & illorum semine factũ est nouum genus: cœptique appellari melopepones.

At vero nos: præter anguinum & cultiuum & illum in Cãpania inuentũ: adhuc alia genera cernimus: pepinos: badeas: sandias vocamus. Nèque solum ijs in rebus, quæ natura constãt, vocabula ipsa cum rebus oriuntur simul, & occidunt: verum etiam vsus & desuetudo tantum pollet, vt rebus, ipsis permanentibus quædam ex illis obruat, quædam rursus proferat in lucem.

Accipitres eos, qui sic proprie appellantur, & quibus tempestati nostri aucupes vtuntur, in duo genera distinxit Aristoteles autor omnium diligentissimus, atque humipetas & sublimipetas appellat: nos açores & halcones dicimus.

Sed quod illis temporibus ars hæc accipitraria nondum erat inuenta, neque accipitrum vsus adeo frequens, satis habuerunt: illos ex ratione volatus in duo genera partiri.

Nostri vero, quibus hæc ars est in maximo honore: complures in vtroque genere differentias fecerunt gauilanes, açores: girifaltes: neblies, sacres, alfaneques, baharies, tagarotes, tum plumarum ratione, tum nascendi ordine, tum patriæ, prædç, victus, morumque varietate distinguentes. Cõtra in apibus animal, quo nullũ est nobis familiarius: & quod ex insectorum genere solum est hominum causa generatum, multa sunt, quæ nec apiarij quidem nostri sęculi intelligunt, cum à maioribus nostris sint perspecta, simul & cognita.

Quis enim hodie ex mellatione aliud percipit, quam mel & ceram? Pauci ex medicis nouere propolim. Rhithacen vero, quod erat ex fauis mel præciosissimum. virtutisque ad illiciendum mirandæ, ne suspicari quidem possunt, quid sit: cum cleros. metys. pissoceros magni ad medicamẽta vsus omnino illis re atque nomiue incognita sint.

Iam vero ex ijs rebus, quæ sunt in promptu, semperque fuerunt, multa significantius vno verbo latinus sermo dicit, quam nos pluribus. Esto exempli causa omen, quod significat illud (vt ita dicam) auspicium, quod captamus ex eo, quod loquutus est quispiam in re perquam diuersa: si velimus Hispanum facere, vix multis verbis id poterimus consequi. Si verteremus in alfil Toledano, recte atque Hispane interpretaremur: sed quid illud sit, perpauci intelligunt. Econtrario multa latinus sermo habet, quorum vim & si latina lingua sentit, non tamen habet vnum aliquod verbum, quo illa enuntiet.

Vt ecce à cubito nos fecimus codada, pro eo quod est latine cubiti ictus. codear pro eo, quod est cubito vellere. Quod si earum rerum, quæ sunt per naturam constantes, vocabulorum tanta mutatio est: quid futurum putamus in ijs, quas aut necessitas humana cotidie reperit, aut luxuria parit, aut otium excogitat?

Ex hoc genere sunt vestes. armamenta. cibi. vasa. naues. instrumẽta musicæ, rei rusticæ, atque omniũ tllarũ, artiũ quas in opulentissima quaque ciuitate cernimus. Hæc id circo tam multis repetita sunt, vt nemo miretur, si non semper Hispanicẽ latinis: atq; Hispanis latina vocabula reddidim? Nihil enim in vtriusque linguæ dictionibus cõparandis tam præ nobis tulimus, quam illud quod de lege interpretãdi est à Cicerone dictum elegantissime: verba non numeranda, sed ponderanda esse.

Neque otiosum quis putet, quod in eodem opere duo operã edi-

luzia? Dõde aqlla marauillosa naturaleza del arroyo q̃ passa por Tarragona para adelgazar polir y blanq̃ar el lino, dõde los carbasos fuerõ primero hallados? Lo qual todo assi desaparecio: que ningun rastro dello se halla en nuestro tiempo. Por el contrario muchas cosas ay en nro siglo: las quales el antiguedad, o del todo no conocio, o cõfusamente conoscido el genero, no entendio sus differencias.

Solamẽte leemos vn nõbre y genero de fructa agra, y assi apenas conoscida entre los antiguos. Pero nosotros posimos diuersos nõbres a diuersos generos de aquella fructa, llamãdo las, cidras, naranjas, toronjas, limas, limones. Esso mesmo los cohõbros que erã de vnã figura y nõbre entre ellos: subitamente nascierõ en Cãpania redondos: y dela simiẽte dellos hecho vn nueuo linaje, començaron se a llamar melones y pepones. Mas nosotros allende el cohõbrillo amargo, y el q̃ se labra, y el q̃ subito nascio en Cãpania: otros generos vemos que llamamos pepinos: badeas: sandias. Y no solo en las cosas q̃ permanescen con la naturaleza, los vocablos juntamẽte nascẽ y mueren con las cosas, mas aun tãto puede el vso y desusança: que permanesciendo las mesmas cosas, vnas dellas echa en tinieblos, y otras saca a luz.

Las aues de caça que ꝓpriamẽte assi se llamã: y delas quales vsan los caçadores de nro tiẽpo, en dos generos las repartio Arist. el autor de todos el mas diligẽte, y llamo las baxo bolãtes y alto bolãtes: nosotros nõbramos los açores y halcones. Mas porq̃ en aq̃llos tiempos esta arte de la cetreria aun no era hallada: ni el vso destas aues tã espesso, harto les parecio partir las en dos linajes, por la diuersidad del buelo.

Pero los nros q̃ tienẽ esta arte engrã estima, hizierõ en este genero muchas differẽcias gauilanes, açores, girifaltes, neblies, sacres, alfaneq̃s, baharies, tagarotes, distinguẽdo los, o por la razõ del plumaje, por la ordẽ de nacer, o naturaleza, presa, mãtenimiẽto, y diuersidad de costũbres. Por el cõtrario en las abejas animal tã familiar a nosotros que ninguno es mas, el qual solo de los ceñidos fue criado por causa de los hõbres: muchas cosas ay que aun los colmeneros de nuestro siglo no sicten siendo de nuestros maiores cuadas y conocidas.

Porq̃ el dia de oy ningũo recoje de la castrazõ sino miel y cera. Pocos de los medicos sabẽ q̃ cosa es ꝓpolis. Pues la rica taca q̃ era delos panales la miel mas estimada, y de virtud marauillosa para atraer: ni aũ porsospecha sabẽ que cosa sea, ya cleros, metys, y pissoceros cosas de mucho ꝓuecho para las medicinas del todo les son escõdidas por virtud y nõbre

Pues de aq̃llas cosas que estã a la mano, y sicpre fuerõ, muchas, dize el la tin mas propriamãte por vna palabra, que nosotros por muchas. Comoomen (lo qual à manera de dezir) significa aquel aguero q̃ tomamos de lo que alguno hablo a otro proposito, si quisieremos boluer lo en Castellano apenas lo podremos hazer en muchas palabras. Y si lo boluiesse mos en alfil Toledano: seria la interpretacion derecha, y Castellana: mas pocos entienden que cosa sea aquello.

Y por el contrario muchas cosas tiene nuestra lengua, la fuerça de las quales aunque la siente la latina: no tiene vna palabra, por la qual la puede dezir.

Como de codo nosotros dezimos codada, por lo que en el latin se dize golpe de codo. codear, por lo que dar del codo. Pues si tãta mudança ay en los vocablos de las cosas, que duran con la naturaleza, que sera en aquellas que cada dia halla la necessidad humana: o pare la luxuria, o busca ociosidad?

Deste genero son las vestiduras, armas, mãjares, vasos, naues: instrumentos de musica: y agricultura: y de quantas artes vemos en cada ciudad muy rica y bastecida. Esto auemos assi largamẽte dicho: porq̃ ningũo se marauille, sino sicpre dimos palabras Castellas a las latinas: y latinas a las Castellanas.

Porque en cotejar las palabras destas dos lenguas, ninguna cosa tuuimos mas ante los ojos, que en lo que la ley de la interpretacion muy hermosamente dixo Tulio, que las palabras se han de pesar y no contar.

Ni pienso que fue cosa demasiada publicar dos obras en vna

UVA. BHSC. BV 01567_01

ra edidimus. Nam illud quoque fuit nobis curæ, vt prospi
ceremus omniũ vtilitati: & eorũ qui ex Hisp. sermone in lati
nũ veneri cupiũt, & eorũ qui latinos codices legere audẽt, nec
dũ tamen illis cognitio latinæ linguæ absoluta contigit.

Volumen tamen ipsum sub incredibili quadam breuitate contraximus: ne pauperes magnitudo pretij ab emptione, di uites vero fastidiosos vmbilicus crassior lectione deterre ret, simul etiam quo facilius sub ala, atque in sinu, manuque gestari & circumferri posset. Inscripsimus autem, non qua cætere arrogantia catholicon, pandectas, ceras amaltheas: quod est vniuersale comprehensorium cornucopiæ appellan tes: sed pleno verecundiæ titulo lexicon græce: quod est lati ne dictionarium.

Tuæ vero amplitudini dedicauimus: non qua fiducia cym balum illud mundi Apion grammaticus, qui dicebat illos à se immortalitate donari, ad quos opera sua componebat, sed qua Phidias ille primus toreuticæ artis repertor, qui cum Athenien sibus ex auro & ebore memoratissimam illam Mi neruæ statuam effingeret, nomenque suum inscribere non li ceret: sui ipsius persimilem imaginem ita clipeo coagmenta uit, vt ea cõuulsa, tota operis colligatio solueretur.

Ego quoque pari ratione cum viderem te generis nobili tatem à maioribus acceptã, præclarissimis tuis virtutibus multo illustriorem reddidisse, nomenque tuum apud nostræ nationis homines immortale futurum, quia non poteram ego per meipsum nobilitari, excogitaui rationem (vt ait poeta) qua possem me humo tollere, atque ipse fieri immortalis, & in titulo huius operis ita meum nomen cũ tuo ferruminaui: vt alterum ab altero diuelli non posset.

Rationes autem & argumenta quæ nos impulerunt, vt isto vel illo modo interpretaremur: enarrationes quoque vo cabulorum & cæteras grammaticæ partes in tria illa volu mina distulimus, quæ ijs de rebus sumus prope die mediturí, opus magnum, diffusum, atque varium: quippe quod ex qua dringentis circiter probatissimis autoribus conflatum est. Eratque mihi in animo, illud imprimis edere, nisi essem a te princeps humanissime cotidiano prope conuitio exagitat⁹: vt inciperem iam tandem aliquid emittere, neque te diutius vana spe luderem. Quemadmodum igitur amplissimæ digna tioni tuę debebũt, qui aliquid vtilitatis ex hac mei operis edi tione percipient: ita par est, vt tibi imputent, si quid est à no bis præcipitanter atque incõsiderate editum. Sed antea quã rem ipsam aggrediamur, pauca nobis præmittenda sunt: qui bus omnem nostram mentem circa dictiones singulas expli cabimus.

PRincipio omnes dictiones in differencia esse quincupli ci. Nam aut sunt oscę, aut priscę, aut nouę, aut barbarę aut probatæ. Osca sunt vocabula, quæ ꝺõ opica possũt appellari, quibus osci atque opici antiquissimi Italię populi vti sunt: sed quæ sæculum eruditius omnino damnauit, atque ex vsu penitus exclusit. De quibus libro primo oratoriarũ institutionũ Quintilianus ait: Neque sint vtiq; verba ab vlti mis etiam obliteratis temporibus repetita, qualia sunt pro sapia. exantlare. antigeorio. & Saliorum carmina vix suis sa cerdotibus intellecta. Prisca verba (vt idem autor inquit) affe runt orationi maiestatem aliquam non sine delectatione. Nã & autoritatem antiquitatis habent: & quia intermissa sunt, gratiam nouitati similem parant. Sed opus est modo, vt ne que crebra sint, neque manifesta, quia nihil est odiosius affec tione: qualia multa legimus apud Plautum, & Terentium, Catonem, atque etiam ex iunioribus Vergiliũ & Lucretiũ. Noua sunt, quæ probatissimi autores ausi sunt in mediũ pro ferre, cum antea non essent: ex Horatij memorabili prȩcepto. Licuit semperque licebit, Signatum præsente nota produce re nomen. Sic Cicero à beatus fecit beatitas & beatitudo, quorum alterũ explosum, alterum receptum est. Sic nostra ætate Franciscus Philelphus stapeda, pro eo quod Hispane dicimus estribo. Cuius audaciæ quanquam est à plerisque re clamatum, potest tamen excusari, quod nullum inuenit latí nũ nomẽ quo posset significare id, quod volebat: cũ neq; res

ipsa fue-

meſma. Porq̃ tãbiẽ miramos por el ꝓuecho de todos, assi de los q̃ por la lẽgua Castellana desseã uenir a la latina: como de los q̃ ya osan leer libros latinos, y aun no tienen perfecto co noscimiento de la lengua latina.

Estrechamos ansi meſmo el volumẽ debaxo de vna marani lloſa breuedad: porque la grandeza del precio no espãtasse a los pobres de lo cõprar, ni la frẽte alta del libro a los ricos fastidiosos de lo leer: y tãbiẽ porque mas ligero se pudiesse traer de vn lugar a otro en la mano, y seno, y so el braço. Inti tulamos lo, no cõ aq̃lla soberuia q̃ otros, llamãdolo catholi cõ, pãdectas, cuerno de amalthea: quiero dezir vniuersal cõs prehẽsorio cuerno dela diosa copia: mas con titulo lleno de verguença lexicon en Griego, que es dictionario en latin.

Cõsagrelo à vr̃a magnifica. S. no cõ la fuzia q̃ aq̃lla cãpana delmũdo Apiõ grãmatico, el q̃l dezia q̃ daua immortalidad a aquellos a quiẽ intitulaua sus obras, mas cõ la cõfiança de Fidias el primer inuẽtor del buril y sinzel: el qual haziẽdo a los Athenieẽses aq̃lla muy mẽtada estatua de Minerua de oro y marfil: como no pudiesse escreuir en ella su nõbre, en tal ma nera trauo su meſma muy semesãte imagẽ al escudo, que si la arrãcassen toda la trauazon de la obra se desatasse.

Y assi yo por esta razon viẽdo que con vr̃as muy esclaresci das virtudes aueys hecho mas illustre la nobleza que de vr̃os mayores heredastes: y que entre los hõbres de nr̃a naciõ, vue stro nõbre no auia de morir, pues que yo por mi meſmo no podia ser ennoblecido, busque vn camino (como dize el poẽ ta) para me leuantar del suelo, haziẽdo me immortal: y en el titulo de aquesta obra, en tal manera solde mi nombre con el vuestro: que el vno del otro no se pueda apartar.

Mas las razones y argumẽtos q̃ me mouierõ a interpretar en vna o en otra manera: esso meſmo la declaraciõ delos vo cablos, y otras partes dela grãmatica, differimos lo para a quellos tres volumines, q̃ destas cosas en breue tenemos de publicar. obra grãde. copiosa. y de cosas diuersas, fraguada quasi de quatrociẽtos muy aprouados autores. Y tenia en vo lũtad publicar primero aquello: sino fuera de vr̃a magnifica. S. perseguido q̃ne començasse ya a publicar alguna cosa, y no le burlasse ya mas con vana esperança.

Pues assi como le quedaran obligados aquellos que rece biran algun prouecho dela publicaciõ de aquesta mi obra, as si es cosa justa que le carguen la culpa, si yo alguna cosa publi que arrebatadamente y sin consideracion. Mas antes que co mencemos el negocio principal, pornemos delante pocas co sas: por las quales en cada vna de las dictiones declararemos todo nuestro pensamiento.

PRimeramẽte que cinco maneras ay de vocablos: porq̃ o son oscos, o son antiguos, o son nueuos, o son barba ros, o son apuados. Oscos se puedẽ llamar, o Opicos aq̃llos vocablos, de q̃ vsaron los oscos y opicos pueblos de Italia muy antiguos: mas cõdeno los de todo pũto, y echo los del vso el sigl̃o mas enseñado. Delos quales dize Quinti liano en el primero libro de sus oratorias institutiones. No seã las palabras tomadas de los vltimos tiẽpos e ya oluida dos: quales son, por generaciõ. acabar. mucho, y los versos de los facer dotes sabios, q̃ ellos apenas entiẽden. Las palabras antiguas (como dize el meſmo autor) dan al razonamiẽto al gũa mageſtad cõ mucha ꝺlectaciõ. Porq̃ tienẽ autoridad delo antiguo: y porser desusadas, tienẽ gr̃a como si fuessen nueuas Mas es menester vna tẽplãça: q̃ ni seã espessas ni manifiestas: porq̃ ningũa cosa es mas odiosa, q̃ lo exquisito: tales leemos muchas en Plaut.. Terẽ. Catõ: delos mas nueuos en el Verg. y Lucrecio. Nueuas son palabras q̃ los autores muy aproua dos osarõ sacar a luz, no auiendo las antes por aq̃lla notable regla de Horatio. Fue licito y siempre sera sacar nombre del cuño que se vsa. Assi Tullio de beatus hizo beatitas y beati tudo: de los quales el vno fue desechado y el otro recebido. Assi en nr̃os dias Francisco Filelfo hizo Stapeda, por aq̃llo que en castellano dezimos estribo. La osadia del qual (aun q̃ todos los mas reclamarõ) puede se escusar, porq̃ ningũ nõbre latino hallo, por el qual diesse a entẽder lo que queria: no lien

do aque-

UVA. BHSC. BU 01567_01

ipsa fuerit apud antiquos,sic & nos ipsi multa in hoc genere su
mus ausi:quibus ego interim cẽseo vtendum,quoad meliora ab
alijs fuerint inuenta Barbara sunt , quæ ex peregrino sermone
ascita,latino sermoni autores inseruerunt. Sic Vergilius ex ser
mone germanico sumpsit cateia, quod est iaculi genus. Sic ab
Afris magalia,quæ sunt casę pastoritię Sic Cicero à Sardis ma
strugа,quod est vestis genus,Sic Iuuenalis rheda,quod est voca=
bulum gallicum:significatq; vehicuculi genus.Sed vt Quintilia
nus ait,excusatur hoc vitium aut consuetudine, aut autoritate,
aut vetustate,aut denique vicinate virtutum . Probata vero
vocabula sunt habenda,quibus autores illi vtuntur , qui floruе=
runt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Cice
ronis ad Antoninum Pium, hoc est,à centesimo ante natalem
Christi anno ad centesimum quinquagesimum , ex quo salutem
Christianam numeramus.Dequo verborũ genere Quintilianus
inquit,vt nouorum optima erunt maxime vetera , sic veterarũ
maxime noua.Exprobatis vero alia sunt vsitata,alia rara.Inter
quæ rursus alia est differentia:quod alia sunt poëtica alia orato
ria,alia historica.Autoritas.vt idem Quintilianus, ait, ab ora=
toribus & historicis peti solet:nam poëtas metri necessitas ex
cusat.Quare vocabulis opicis atque barbaris illis tantum vte=
mur,quæ sunt ab autoribus celebrata: atq; id quidem rarissi=
me,nec sine quadam ignominiæ nota addentes, vt ita dixerim,
vt sic loquar,& similia,quibus sermonis improprietatem excu
sare consueuimus.Priscis vero & nouis raro quoque &cum ve=
recundia quadam,vt excusare possimus id feciſſe aut in honorẽ
antiquitatis,aut necessitate, cum dictionem latinam non habe=
mus,qua id,quod volumus significare possimus. Probatis vero,
quæ sunt in vsu frequenti,frequenter,raris.raro:poëticis,in car=
mine tantum,oratorijs vero & historicis,in prosa oratione,at=
que in carmine indifferenter vtendum.Atque, vt in tanta ambi
guitate lectorem monere possimus,adiecimus cuicq; dictioni no
tam,qua cenſeri debet cuius sit ordinis. Nam osc.is.os. priscis
pr.nouis.no.barbaris.bar.raris.ra.poëticis.po. quibus vero ni=
hil tale apposuimus,vsitata & oratoria intellígendum est: nam
græcis receptis æque ac latinis vtemur. Orthographia vero,
quia simplex non est.atque,vt ait Quint.consuetudini seruit , &
cum temporibus sæpe mutatur , literaturam illam sequemur,
inquam plerique autores consentiunt. Quare meminisse debe=
bit is,qui dictionem aliquam requiret, posse illam scribi per vo
calem aspiratam, vel exilem:vel per,œ,vel,æ,diphtongõ:vel si
ne diphthongo,per simplicem,aut duplicem consonantem.per.
ch.ph.rh.ph.th.aspiratas,aut per.c.p.r.t. exiles. Itaq; si ortho=
graphiæ ratio lectori non satis constat,neque cessabit ab inqui=
sitione,quod omnes locos fuerit perscrutatus. Inter.i.iota, &
ypsilon,& si tanta distantia est,quanta potestesse maxima inter
duas vocales:inter.i. præterea &.u.cum accipiuntur pro voca
libus,& cum pro consonantibus scribuntur,tanta sit differentia,
vt inter duas quaslibet literas maior esse non possit, nos tamen
vtrarumq; ordinem confundimus. Idem quoque fecimus in dic
tionibus illis,quæ peruersæ ab imperitis efferuntur , aut habẽt
accentum paulo reconditiorem. Nam in omnibus difacere, est
quidem inceptissimum,cum virtus & ars(quemadmodũ ait Aris
toteles)circa difficile versetur,Nemo enim ignorat:quo accẽtu
deminus efferatur,quare id extra rationem artis erit.Sed quo=
niam indocti pro erunt linapis,arattum, Iacobus,Isidorus,& a=
lia multa secunda syllaba à fine breui,eaque eadem accentu gra
ui,& e contrario bissinus , adamantinus, Origenes penultima
acuta,hic omnis labor,hoc opus artis est,tantam ignorantiã ex
hominũ mẽtibus extirpare.Etymologię ratio,quã Cic.veriquiũ
sointerpretat quãquã latissime patet,eius vim præcipuã ostẽdi
m9,cũ dictioniscuiusq; intellectũ referam9,quodalij fecerũtpar
timobscuri9,partim negligẽtius.Nã vocabulorũ originem,quo
niã in hoc opere spacijs iniquis excludimur,in aliud opus differ
re libuit:tantũ adiectus est nomini,genitiuus,& primæ positio=
ni verborum secunda persona singularis inflectendi modo vt sig
nificaremus,quotæ declinationis illa essent,hæc vero quotę cõ
iugationis quæ res significationem plerumque mutat. In
alijs vero quæ partes orationis essent , in compendium scripsi=
mus. FINIS.

do aq̃lla cosa entre los antiguos: assi yo mesmo eñsta parte vse
muchas cosas:delas quales entre tãto me parece q̃ se deue vsar,
hasta q̃por otros se hallassen otras mejores.Barbaras son las pa
labras q̃ tomadas de algũa lẽgua peregrina los autores meze=
clarõ al latin.Assi Verg.dela lẽgua Tudesca tomo cateia,q̃ es
asta para tirar.Assi Tulli, delos sardos mastruga,q̃ es cierto ve
stido.Assi Iuuenal rheda q̃ es palabraFrãcesa,y significa vn tina
je de carro.Mas como dize Quintil. escusa se este vicio, o por
costũbre,o por autoridad,o por vejedad, o finalmẽte por algũa
vezindad de hermosura.Apuadas son las palabras de q̃ vsan aq̃
llos autores q̃ florecierõ,quasi dẽtro de dozientos y cincũta a
ños,desde el nascimiẽto de Tuli.hasta Antonio Pio: quiero de=
zir,ciẽ años ante el nascimiẽto de Cro,hasta ciẽto y cincuenta
años despues de la saluaciõ de los Cristanos.Del qual linaje de
palabras dize Quint.q̃ assi como delas nueuas son mejores las
mas viejas,assi delas viejas lasmas nueuas.Delas apuadas vnas
son vsadas,otras raras.Entre las quales tãbiẽ ay otra diferẽcia,
q̃ vnas son poëticas:otras oratorias,y historicas; El autoridad
como dize Quin.delos oradores y historiadores se suele tomar
porq̃ la necessidad del metro escusa los poëtas. Assi que delos
vocablos,opicos o barbaros,solamẽte vsaremos de que vsarõ
los autores:yaũ esto pocas vezes,añadiẽdo vna señal de infamia
porque assi lo diga,o amanera de dezir: o en semejãte manera
dõde solemos escusar la impropriedad dela lẽgua, Delas anti=
guas y nueuas pocas vezes vsaremos,y cõ verguẽça,y q̃ nos po
damos escusar q̃ lo hezimos,o por hõra de la antiguedad,o quã
do no tenemos palabra latina,por la qual digamos lo q̃ quere=
mos.Delas apuadas q̃ estan enel vso espesso,vsaremos espessa=
mẽte,delas raras pocas vezes delas,poeticas solo eñl verso:de
las oratorias y historicas en prosa,y en verso,sin algũa differe=
cia. Y porq̃ en tãta difficultad auisemos al lector , añadimos a
cada palabra vna señal:por la qual se juzgue de q̃ orden es. Y a
las oscas pusimos,os.a las antiguas.pr.a las nueuas.no.a las bar
baras.bar.a las raras.ra.alas poëticas.po.alas q̃ ningũa cosa,en
tẽdemos q̃ son vsadas y oratorias:porq̃ delas recebidas de los
Griegos vsaremos como de latinas. Y porq̃ la ortographia no
es senzilla,y como dize.Quint.sirue a la costũbre,y cõ los tiem
pos se muda muchas vezes,siguiremos aq̃lla razõ de las letras
en q̃ cõciertã los mas delos autores. Assi q̃ buscare algũa pala
bra,recuerdese q̃ aq̃lla se puede escriuir cõ vocal aspirada o so
til,o cõ.œ.o.æ.diphthõgo,o sin diphthõgo: por sẽzilla o dobla
da cõsonãte:o cõ.ch.ph.rh.th.aspiradas,o cõ.c.p.r.t.sotiles.
De manera q̃ si el Lector no tuuiere ciertala razõ dela ortogra
phia,no cessara debuscar,hasta q̃ requiera todos aq̃llos lugares
Entre la.i.espessa.y la.y.sotil, aũq̃ ay tãta differẽcia, quanta no
puede ser mayor entre dos letras vocales: y tãbien entre la.i.u.
quãdo se tomã por vocales,o quãdo se escriuen por cõsonãtes:
tãta diferẽcia ay,quãta no puede ser mayor entredos q̃lesquier
letras: pero nosotros confundimos la orden de las vnas y de
las otras. Esto mesmo hezimos en las palabras q̃ los que po=
co sabẽ ꝓnũciã al reues,o tienẽ el acẽto vn poco escõdido. Mas
hazer esto en todas es desuario,porq̃ como dize Aristot. la vir
tud y el arte negociã en las cosas difficiles.Porq̃ todos sabẽdo=
minus,cõ que acẽto se ꝓnuncia,y por esto ya va fuera de artifi=
cio:Mas porq̃ los ignorãtes,ꝓnunciã mostaza,arado,Diego,Isi
doro,y otras muchas palabras,la penultima syllaba breue,y a
q̃lla mesma por acẽto graue', porel cõtrario por cosa de bisso,
de diamãte,Origenes,Hermogenes,la penultima aguda,este es
el trabajo,esta es la obra del arte,quitar esta ignorãcia del pẽsa
miẽto de los hõbres.La razõ de la Etymologia:la qual Tuli.in
terpreta verdad de palabras,aunq̃ a muchas cosas se estiẽde, de
mostramos su principal fuerça declarãdo la significaciõ de ca=
da palabra:la q̃l otros hizierõ,o escura o negligẽtemẽte. Mas
la origen delos vocablos porq̃ la estrechura desta obra no lo su=
fre,plugonos dela dexar para otra obra,s,olamẽte añadimos al
nõbre su genitiuo,y a la primera posiciõ del verbo , la segunda
persona singular del indicatiuo,para significar de q̃ declinacion
era el nõbre,y de q̃ cõjugacion el verbo : lo qual muchas vezes
muda la significaciõ. Y enlas otras escriuimos por breuiaturas
que partes eran de la oracion. FIN.

UVA. BHSC. BU 01567_01

¶VERBA LEGVM XII. TABV
larū, iuxta seriē Riuallianæ editionis.

¶De sumptibus funerum, & sepulchris.

In vrbe ne sepelito, neue vrito: ne facito rogū
ascia ne polito.
Mulieres genas ne radunto, neue lessum funeris ergo habento.
Homini mortuo ne ossa legito.
Rogum, Bustumue nouum, inuito domino, ne
propius ædes alienas sexaginta pedes ad
ducito. (to.
Vestibulum sepulchri, bustumue ne vsucapis
Ploratus, & lamentationes in funere suo lætæ sunto.
Defuncti iniuria ne afficiuntor.
Si iniuriam alteri faxit, viginti quinque asses
æris pœnæ sunto.

¶De Iniuriis.

Re, persona, tempore, loco, atrociores Iniuriæ iudicantor.

¶De termino non excedendo.

Si qui sepem, vel maceriam iuxta alterius regionē effoderint terminū non excedunto
Si autem Murum: pedem vnum, si Domum, duos pedes relinquunto.
Si vero Sepulchrum, aut Foueam effoderint, quātū lit profundum, tātūdē relinquūtor.
Oliuam autem, aut ficum, nouem pedes ab extranea regione plantanto. (uanto.
In cæteris autem arboribus quinq; pedes ser

¶De iure filij.

Filius arte carēs, patris incuria: eidem necessaria vitæ subsidia: ne præstato.
Aliqui parentes educare cogitor.
Emeretrice natus patrem non alito.
In decimo mense, legitimus infans nascitur.

¶De adulterio, & stupro.

Mœchum in adulterio deprehensum necato.
Vim ingenuę virgini inferre, aut eam suasione in tuam sententiam trahere, caueto.
Sororē, aut filiā in stupro deprehēsam, vēdito

¶De damno sine iniuria facientis dato.

Si quadrupes pauperiē fecerit, animal, quod cōmilit noxā dato, aut noxæ æstimationē

¶De Furto. (ferto.

Furē, qui manifesto prehēsus erit, si furtū aut noctu faciat, aut interdiu, cū prehenderetur, se telo defendat, occidito.
E cæteris manifestis furibus, liberos verbera
to, & ei cui luci factum furtū fuerit, si telo se non defendat, addicito.
Seruos autem manifesto furto prehensos, verberibus afficito, & e saxo præcipitato.
Pueros impuberes, Prætoris arbitratu, verberato noxāq; ab iis factā farciri facito.
Furta quæ per lancē liciumq; concepta erāt: sicut manifesta vindicato.
Tignū alienū furtiuū, ædibus. l. vineis tuis inūctū, nequis eximere cogitor, se duplū, pro eo per actionē de Tigno iniūcto, præstare cōpellitor.
Si cibi furtim arbores cæsæ sint, agito.

¶De cultu deorum. (pes amouēto.

Ad diuos caste adeūto, pietatē adhibēto, o
Qui secus, Deus ipse vindex erit.

¶De templis & lucis.

Separatim nemo habebit Deos, neue nouos: siue aduenas: nisi publice adicitos, priuatim
Cōstructa à Patrib⁹ delubra habēto. (colūto
Lucos in agris habento. Et Larium sedes.
Ritus familiæ, Patriæq; seruanto.

¶Duplex deorum genus.

Diuos & eos, qui cœlestes semper habiti colūto. Illos quos in cœlū merita vocauerūt Herculē, Liberū: Asculapiū, Castorē, Pollucā, Quirinū, & illa propter quę datur homini ascēsus in cœlū, Mentē, virtutē, Pietatē, Fidē, earū laudū delubra sunto.
Nec vlla vitiorum sacra Solemnia obeunto.

Deferijs.

Ferijs iurgia amouento, easq; in famulis, operibus patratis habento. (ptū esto.
Itaq; vt ita cadat, in annis anfractibus descri
Certasque fruges, certasque hachas Sacerdotes publice libanto.
Hoc certis sacrificijs, ac dieb⁹, itēq; alios ad
Vbertatē lactis fœturæque seruāto. (des.
Idque ne cōmitti possit, ad eam rem & rationem, cursus annuos, Sacerdotes finiūto.

¶De Hostijs, & officijs sacerdotum.

Quæque cuique diuo decoræ: gratæ sint hostiæ, Sacerdotes prouidento.
Diuisque alijs, alij Sacerdotes, omnibus Pōtifices, singulis Flamines sunto.
Virgineſque Vestales in vrbe ignem foci publici sempiternum custodiunto.
Priuatim, & publice modo, rituq; agūto. Ignaria à publicis Sacerdotibus discunto.

¶De duobus sacerdotum generibus.

Eorū autē duo genera sunto. Vnū, quod præsitsacris & cerimonijs. Alterū, quod interpretetur Fatidicorū & Vatū effata incognita, cū Senatus populusq; asciuerit.
Interpretes autē locus Optimi Maximi publici augures, signis & auspicijs postea vidēto, disciplinam tenento.
Sacerdotes vineta, virgetaq; & salutē populi auguranto, quanq; agent rem ducili.
Quiq; populare auspiciū præmonento, illisq; que obtemperanto.
Diuorumq; iras prouidento, ijs parento, coliq; fulgura regionibus ratis temperanto.
Vrbēq; & agros, & tēpla: liberata & effata habento.
Quæq; Augur iniusta, nefasta, vitiosa, diraue dixerit, irrita, infectaq; sunto.
Quiq; non paruerit, capitale esto.
Fœderum, Pacis. Belli. Inducias, Oratores: Fœciales, indice suo ne sunto.
Bella disceptanto.
Prodigia, portenta, ad Hetruscos & Aruspices, si Senatus iusserit, deferūto, Hetruriq; que principes disciplinam docento.
Quibus Diuis creuerunt, procurātor.
Idēq; fulgura, atq; ostenta pianto.

¶De nocturnis Mulierū sacrificijs ac ludis.

Nocturna Mulierum sacrificia sunto, præter illa quę p populo ritē fiēt, neue iniitiātor: nisi vt assolet, cæteri Græco sacro.
Sacrum cōmissum, quod neque expiari potesit impie commissum est. (piāto.
Quod expiari poterit, publice Sacerdotes ex
Ludis publicis, siue curriculo, siue certatione corporum fiant, popularem lętitiam in cātu, & fidibus. & tibijs moderanto, eamq; cum diuum honore iungunto.

¶De sacrilegio, periurio & incestu.

Ex patrijs ritibus colunto optima.
Præter Ideæ matris famulos, eosq; iustis diebus, ne quis stipem cogito.
Sacrum, sacroue commendatum, qui clepserit, rapseritq; parricida est. (cus.
Periurij pœna diuina exitium, humana dede
Incestū Pōtifices supremo supplicio sāciūto.
Impius, audeto placare donis iram deorum.
Sāctæ vota reddunto, pœna violati iuris esto
Quo circa ne quis agrum consecrato.
Auri, argenti, eboris sacrandi modus esto.
Sacra priuata, perpetua manento.
Deorum Manium iura sancta sunto.
Hos lœto dato, Diuos habento: sumptū in illos luctūq; minuūto.

¶De magistratibus ciuilibus.

Iusta imperia sunto, isque Ciues modeste, ac sine recusatione parento.
Magistratus nec obedientem & nociuum Ciuem, mulcta, vinculis, verberibusue coercē to: ni par maiorue Potestas, populusq; prohibessit, ad quos prouocatio esto.
Cum magistratus iudicassit, irrogassitur per Populum multæ, pœnæ certatio esto.

¶De Magistratibus militaribus. (esto.

Militiq; ab eo: qui imperabit, prouocatio non
Quodq; is qui bellum gerat imperassit, Ius, ratumq; esto
Minores Magistratus periti Iuris, plures, in prælio sunto. (que Tribuni sunto.
Militiæ, quibus iussi erunt: imperanto, eorū
Domi pecuniam publicam custodiunto.
Vincula sontiū seruanto, capitalia vindicāto
Aes, argentū, aurum, publice signanto
Lites contractas iudicanto.
Quodcunq; Senatus decreuerit, agunto.

¶De Aedilibus.

Suntoq; Aediles curatores Vrbis, Annonæ: Ludorumq; solemniū, Illisq; ad honoris amplioris gradum is primus ascēsus esto.

¶De Censoribus.

Cēsores populi citates, soboles, familias, pecuniasque censento. (lia, tuento.
Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectiga
Populiq; partes in tribus distribuunto.
Exinde pecunia ciuitatis ordines partiunto.
Equitum, Peditumq; prolem describunto.
Cœlibes esse prohibento. Mores populi re
Pirobrū in Senatu ne relinquunto. (gunto.
Beni sinto, Magistratū quinquenniū habēto.
Reliqui Magistratus annui sunto, eaque potestas semper esto.

¶De Prætoribus.

Iuris disceptator, qui priuate iudicet, iudicariue iubeat, prætor esto.
Is Iuris Ciuilis custos esto, huic potestati parento.
Quodcūque Senatus creuerit, Populusue iusserit, tot sunto.

¶De Dictatoribus.

Regio Imperio duo sunt, isq; præeundo, iudicando consulendo Prætores, Iudices, Consules, appellantur.
Militiæ summū Ius habento, nemini parēto.
Salus Populi suprema Lex esto.

¶De temporibus magistratuum.

Eundem Magistratum, ni interfuerint. 10. anni, nequis capito.
Ciuitatem annali Lege seruāto.

¶De Dictatoris officio.

Ast siquando Duellum grauius, discordiæ ciuium, estunto ne amplius sex menses: si Senatus creuerit.

Idem Iuris,

UVA. BHSC. BU 01567_01

Idem Iuris, quod duo Consules, tenento.
Isque aue sinistra dictus, Populi Magister esto.
Aequitatem quicunque regat, habeto pari iure cum eo, quicunque erit Iuris disceptator.
Ast quãdo Cõsulis est, Magistratusue Populi, nec reliqui Magistratus, ne sunto.

¶De auspicis, electionibus, aliisque ritibus.

Reipublicæ auspicia Patrum sunto, ollique ex se produnto, qui comitiisque creare Cõsules rite possint.
Imperia, Potestates, Legationes cum Senatus creuerit, populusq; iusserit, ex vrbe eũto.
Duella iusta iuste gerunto.
Socijs parcunto, se. & seruos continento.
Populi sui gloriam augẽto. Domum cum laude redeunto.
Rei suæ ergo ne quis Legatus esto.

¶De tribunis plebis.

Plebs quos pro se, contra vim auxilij ergo. 10. creauerit, Tribuni eius sunto.
Quodque hi prohibuerint, quodque Plebem rogauerint ratum esto.
Sanctique sunto, neue Plebem orbam Tribunis relinquunto.

¶De Senatu.

Oẽs Magistratus auspicium: iudiciumq; habento, exq; iis Senatus esto, eius decreta rata sunto.
Ast si Potestas par maiorue prohibit. S.C. prescripta seruanto.
Is ordo vitio vacato, cæteris specimen esto.

¶De Suffragijs.

Creatio Magistratuũ, & iudicia, Populi iussa, vetita, cũ Senatus suffragio quũ sciscetur Optimatibus nota, Plebi libera sunto.

¶De quæstoribus.

At si quid erit, quod extra Magistratus coærario æruisit: qui coqret. Populus creato, eique ius coærandi dato.

¶Quibus iussit cum populo agendi, aut cũ Senatu.

Cum populo, Patribusque agendi Ius esto.
Consuli, Prætori, Magistro populi, Equitumque eiq; quem produnt Patres Consulum regundorũ ergo, Tribunisq;, quos Populꝰ rogauerit Ius esto cũ patribus agendi.

¶Præcepta Iuris de Magistratu.

Quæ cum populo, quæ cum Patribus agentur, modica sunto.
Senator, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto.
Loco Senator, & modo Orator, causas Populi tenento.
Vis in populo abesto.
Par, maiorue Potestas, plus valeto.
Ast qui turbauerit in agẽdo, fraus autoris esto
Intercessor rei malæ, salutaris ciuis esto.
Qui agent, auspicia seruanto.
Auguri publico parento.

¶De promulgatione legum. De priuilegijs. De singulis rebus agendis.

Promulgata propolita, in gratio cognita sunto.
Nec plus, quam de singulis rebus semel consulunto.
Rem populum docento, doceri à Magistratibus priuatisque paciuntor.
Priuilegia ne irroganto.
De capite ciuis, nisi per maximum comitiũ, ollosque, quos censores in patribus populi locasint, ne ferunto.
Domum ne capiunto, neue danto, neue petenda, neue gerenda, neue gesta potestate.
Quisquis earũm rerum migrauerit, noxæ poena par esto.
Censores fide Legem custodiunto.
Priuati ad eos Acta referunto, nec eo magis Lege liberi sunto.

¶De suis, & legitimis hæredibus.

Intestatorum hæreditates primo suorum hęredum velint, nolintue, sunto.
His deficiẽtibus adnati proximus familiam habeto.

¶De patria potestate.

Vendendi filium, patri potestas esto.

¶De tutoribus.

Tutores liberis in potestate testamento parentes danto.
Si non sint dati, adgnati qui successione sperant, tutores sunto.
Sed si aliqua sit insidiarum suspitio, apud alios pupillus educator.
Suspecti tutores remouentor.
Tutor cum pupillorum matre, ne habitato.

¶De prodigo & furioso.

